Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



201

cendens fragilitatem nrẽ. sicut supra dictũ est. Vi
detur enim obliuioni tradere bona iustorũ. et facta im
piorũ. quando iustos permittit affligi. illos autem ho
noribus et dignitatib; pollere. Contra in iudicio
facta bonorũ uidebitur reducere in memoriã. cũ eos
p suis bonis remunerabit operibus. Et bona impiorũ
obliuioni tradet qui in pseuti remunerationem reci
pit. Vnde illis dicentib;. nonne in nomine tuo
pphetauimus. demonia eiecimus. et uirtutes mul
tas fecimus. dicet illis. Amen dico uobis. nescio uos.
Reddite illi. sicut ipsa reddidit uobis. Alloquitur
hic sermo diuinus chorũ doctorũ. quib; babylon
hoc est multitudo reproborũ mala intulit. Vbi no
tandũ quia ñ dicit. facite illi sicut ipsa fecit uo
bis. sed reddite illi sicut ipsa reddidit uobis. Si enim
diceret reddite illi sicut ipsa fecit uobis. manifestum
est. Ecclia enim in suis principib; iudicabit omnes
regnos. quib; dns dicit. sedebitis sup sedes duodecim
iudicantes duodecim tribus israhel. Sed quia sepe
dns omnes p regnos mala bonorũ purgat. idcirco
dicit fidelib;. Reddite illi. sicut ipsa reddidit
uobis. Ac si diceret. Sicut illa antea uindictam
meã exercuit de uobis. sic uos modo meã iniuriã
uindicate de illa. Et duplicate duplicia. secũdũ ope
ra eius. idest in corpore et anima punite illã. Vel certe
duplici penę tradite illam calori scilicet et frigori.
In inferno enim reprobi cũ anima et corpore cruciabuntur
et duplici pena torquentur. Cum enim impii in tempore
peccauerint. et eternaliter punientur. quia dies ad iudicium